

Isti autem sanato dixerunt ange-  
 li prelibati. Omne sacerdoti gratia  
 age propter ipsum enim tibi reddi-  
 ta est vita. tu autem sanatus annu-  
 cia mirabilia dei quae fecit. Et sic ille  
 qui venerat spoliator factus est  
 templi virtus et mirabilium predica-  
 tor. Si vis allega de conuersi-  
 one pauli Heliodorus qui iter  
 pretatur deo meo generatus. sig-  
 nificat beatum paulum deo et dei o-  
 pus generatum. Actuum nono. Das  
 elois est michi iste. Iste enim ad  
 instinctum simonis propositi tempti.  
 .i. ad suggestionem phariseorum et  
 sacerdotum iherosolimitanorum. ecclesiam thesauris  
 suis sanctis personis et christianis fi-  
 delibus primo spoliare quosuit sed  
 pro certo a deo flagellatus et in fla-  
 gellis conuersus templum hono-  
 rauit. pro bona opera sanctificauit.  
 mirabilia dei pro alijs nuntiavit. et  
 sic de spoliatore ditator. et de pro-  
 secutore factus est predicator.  
 Vel allega generaliter quod flagel-  
 latio tribulationum ad duo proficit  
 peccati. quia pro mala quae proposita  
 facere non permittit. Secundo quia  
 ipsum ad deum uertit et dei lauda-  
 tionem facit. *Infra ca. ix.* In ag-  
 nitione sui deductus est passus a  
 domino plaga. Vel dic quod illi qui  
 bona ecclesie rapiunt passionem  
 et tormenta finaliter incurrunt  
 Duo iuvenes virtute decori. et  
 optimi gloriae preciosi amictu appa-  
 ruerunt heliodoro spolianti tem-  
 plum quem protinus percidentem  
 plagauerunt. et sic eum ne the-

zaurus capet impedierunt.

Sic vero duo iuvenes. .i. prela-  
 tus et princeps secularis. simul  
 debent conuenire in iusticia et con-  
 tra malos raptores ne boni no-  
 ceant cum suo gladio dimicare  
 et eos spiritualiter per excommunicationem  
 et temporaliter per penam tem-  
 poralem affligere. Isti tamen de-  
 bent dici duo propter concordiam  
 quam inter se debent habere.  
 re: virtute decori propter iusticiam  
 qua contra malos debet vi-  
 gere optimi gloriae propter bonam fa-  
 mam qua pro ceteris debent pol-  
 lere speciosi amictu honestam  
 vitam qua pro omnibus debet  
 splendere. Actuum primo capi-  
 tulo. Ecce duo viri astiterunt in ve-  
 stibus albis. Vel dic ista de du-  
 o nostris iuuenibus petro et  
 paulo angelicis qui contra heli-  
 odorum. id est contra nequam  
 vel dyabolum conuenerunt. vel  
 qui malos docendo et predicando  
 conuerterunt et a malo trax-  
 erunt et cetera ut supra. Vel  
 dic idem de simone et iuda. vel  
 de quibuscumque sanctis duobus  
 combinatis

**N**alon frater omne sanctis-  
 simi sacerdotis contra pro-  
 prium fratrem sacerdo-  
 tium abiens regem antiochie ad-  
 iit. et promissa multa pecunia ex-  
 pulso fratre. sacerdotem a rege obtinu-  
 it. qui obtento principatu statim  
 contribules suos ad gentilem ri-  
 tum transferre cepit. et legitima